

præditi Italici, & in animalibus que torto collo domabantur; quatuorque modis acquiratur, videlicet mancipatione, ufucapione, in iure cessione, lege adjudicatione. Ulpianus lib. 19. de dominis, docent Briffonius l. 4. f. 1. et de v. s. verbo Dominium, Connanus l. 2. comment. c. 6. n. 9. Robertus lib. 7. recept. l. 1. c. 23. Revarius ad l. 12. Tabul. c. 16. Faber lib. 7. coniect. c. 4. & lib. 20. c. 11. Ant. Aug. l. 1. emend. c. 7. Cajac. ad Ulpianum, d. tit. 19. & in l. 2. ff. de servit. in l. unie. Cod. de nudo iure Quirit. l. unie. Cod. de ufucap. transfer. Aliud erat dominium bonitarium, quod describitur, itaut sit auctoritas in res mancipi, aut nec mancipi, extraneo neque publico, vel privato, vel naturali ligatas, cum iure fruendi, retinendi, & recuperandi iustam earum possessionem, aliquando perpetuam, aliquando vero temporalem; quod datur in rebus Provincialibus, fipendiaris, & tributariis, de quibus in §. traditionum, Infit. de rerum dross. §. 1. Infit. quibus alienare, Galbanus de usufructu, cap. 25. Quod discrimen dominiorum duravit usque ad tempora Imperatoris Iustiniani, qui illud abstat in d. l. unie. Cod. de nudo iure Quirit. l. unie. Cod. de ufucap. transfer. unde prædicta jura, que concedunt dominium auctori misto in possessionem ex secundo decreto, intelligenda sunt de dominio bonitario; textus vero, qui tantum possessionem, & simul ufucapendi conditionem tribunt ad dominium acquirendum, accipiendi sunt de dominio quiritario; nam cum transferre dominium hoc sit legis non jurisdictionis, Prætor tribuere tantum potest possessionis dominium, bonitarium videlicet: quiritarium vero, id est proprietatis dominium, transferre non potest, §. quos, Infit. de honor. possess. sanctis traditis a Fabro in jurisprucl. tit. 2. princip. 10. illa. 1. Pacheco l. 13. contro. cap. 29. Olualdo ad Donell. l. 7. cap. 14. litter. D. unde textus in l. 1. ff. de bonor. possess. lege 1. ff. de iuref. edit. l. fententiam, ff. de v. s. lege sed per res. §. ff. communi divid. l. 3. ff. usufructus part. lege Herennius 42. ff. de usuris, l. 2. §. unie. ff. de acquir. possess. in quibus affirmatur Prætor dominium tribuere, accipiendi sunt de dominio bonitario, ut observavit Cuiacius ad Dig. l. 1. in l. 1. ff. de honor. possess. Et licet qui dominus est, ufucapere non possit, l. 4. §. unie. ff. de ufucap. imo ufucapione non eget, quia quod meum est, amplius meum fieri non potest, l. in bello §. si qui servum, ff. de captivis, §. sic licet, Infit. de actionibus; tamen quia auctori possidenti ex secundo decreto dedit dominium quiritarium, & inter modos illud acquirendi ufucapio enumeratur, debet actor ipsam rem virtute decreti possessionem ufucapere, ut perfectum dominium assequatur.

Nec obstat tertia difficultas supra expensa, ubi dicebamus, ipsa traditione tantum absque alio facto dominium quiritarium transferri; id enim negamus, cum contrarium doceat Ulpianus tit. 5. §. 17. c. 18. & tit. 19. §. 1. ubi qui tradit rem ex causa emptionis, non inde transfert dominium quiritarium, nisi solemniter res mancipetur. Neque contrarium videtur textus in d. l. 1. quia verbum illud, dominium, non sumitur pro dominio quiritario, sed pro bonitario. Nec etiam

obstant textus in d. l. p. empto 11. d. l. claribus 74. nam Confulorum sententia referenda sunt ad constitutionem Iustiniani, de qua in d. l. unie. Cod. de nudo iure. Nam cum Tribonianus ejus voluntatem sequens omnia fere litorum dominiorum vestigia ex corpore Pandectarum deleverit, mirum non est, quod in dictis legis manus incidisset, asserendo per traditionem dominium acquiri, cum certum esset, traditione tantum bonitarium dominium transferri, nisi accedente ufucapione, l. traditionibus, Cod. de patris, l. nuda, ff. de acquir. rer. domin. §. per traditionem, ubi Theophilus, Infit. de rer. dross. Nec obstat ultima difficultas, nam prædicta præsumptio derelictionis admitti in presenti casu non debet, quia etsi ob damnam præteritam cum patrimonii jactura passum, præsumi possit dominium rem propriam dereliquisse, l. sed hoc 35. §. ult. ff. de proc. Oluald. l. 18. Donell. c. lit. P. tamen propter damnam tantam futuram sine patrimonii jactura conjecturam derelictionis admittere incivile est.

Sed supra traditis circa effectum secundi decreti obstat textus in l. heres 21. §. 3. ff. de iudic. in illis verbis: „ Quod si possessio rerum debitoris data sit creditori, æque dicendum est fideiussorem manere obligatum. „ Ex quibus constat, quod etsi bona debitoris tradita sint creditori ex secundo decreto, fideiussorem non liberari: igitur quia per secundum decretum vera possessio cum ufucapendi conditione non acquiritur. Qui difficultati ut satisficiamus, omnia emendatione Fabri, qui lib. 1. coniect. cap. 17. negationem adiecit, legens, non æque, a qua ipse recessit lib. 1. coniect. c. 20. dicendam est, Africanium non esse accipiendam de creditore misso in possessionem ex secundo decreto, neque de venditione bonorum debitoris, de qua in tit. Infit. de iust. sub. sed de occupatione bonorum, que contingit, quando debitor sine herede decedit, ut in l. habere 67. ff. de iudic. l. pro debitor 6. Cod. de bonis auctoris, iudic. in quo casu bona debitoris in partem soluti cedunt, sed non tollitur obligatio: unde cum plane satisfactum non sit creditori, nec ille debitor successisset, ut daretur confusio obligationis, ideo fideiussor non liberatur, ut docuit Valentia tom. 1. illustr. tit. 2. c. 10. n. 3. c. 4.

Pro coronide hujus commentarii scilicet illud est, quod si post secundum decretum reus contumax comparuerit, & adiri de fideiussore, proprietatis questionem movere potest, ad quam tantum restricta illi competit, d. e. quantum, §. in alio, d. e. contingit, de dolo c. contumacia, d. l. f. finitima 15. §. postea: & si elapsi sint decem anni inter presentes, vel viginti inter absentes, amplius nec super dominio audietur, ut probat Averdano de t. c. s. decretis, §. par. n. 19. & si creditor potius solvi sibi quantum debuit, quam bona possidere malit, prætor ipsa bona in publica habitatione vendere jubebit, de qua venditione agitur in tit. ff. c. C. de bonis auctoris, iudic. & plura de ea adduxerunt Faber de errore d. ad. l. error 5. & d. decad. 10. error 6. David Argente in selectis, pag. 126. & si emptorem non inveniat, bona adjudicantur creditori iure domini, et l. fin. C. de iure domini impetr.

34  
De re  
compara.  
e post se  
cudum  
decreta.

33  
Dilectio  
patria diffi.  
guis.

C A P U T I V.

Idem a de Curia Dei, & de b Eleemosyna Abb. Aurel. & Carnotens. dioc.

**A**ccedens ad Ap. Sed. dil. f. nobilis vir Vv. e Vicecomes Cenaci. Et infra: Gravem coram nobis contra dictos iudices exposuit questionem, quod cum dictus e Corisopiten. Episcopus nobilem virum Guidonem de Coratio f Comitum Britannia proxima linea consanguinitatis attingat, & Archidiaconus ejus sit Clericus g commensalis (qui quidem Vicecomiti est adversarius principalis, utpote qui uxorem suam, & terram publice detinere præsumit,) & Magister P. de Burten. de terra uxoris suæ oriundus existat, nimis favens eidem, & omnes vbi districte, & potestate b ipsius G. existant; nec nisi per districtam ipsius ei paucis accessus ad eos; ipsi, quibus causa in ipsam, & uxorem suam commissa fuerat, nunquam ei voluerunt nisi in terra i inimicorum suorum locum, & terminum assignare, ubi sine mortis periculo accedere non audebat: & licet literas non habuit de conductu, si tamen misse fuissent, non debet se credere suis capitalibus inimicis, qui lite non contestata testes consanguinitate recipere præsumerunt. Et infra: Cum igitur in matrimonialibus causis ad conjugendum quam ad disjungendum debeamus existere prætorios, non forte quos Deus conjunxit, homo separare præsumat: d. v. per A. f. m. quæ cum, sicut inde asserit Vicecomes, propinquitatis situs terra nobilis jamdicti, quam suæ, & causa ipsa per vos commo-di valeat terminari, cum ad vos securus pateat accessus, utramque partes ad vestram presentiam convocatis, & inquisita super præmissis diligentis veritate, si vobis constiterit, quod ante litam legitime contestatam, vel post appellationem rationabiliter interpositam, testes super consanguinitate contra matrimonium absque culpa, maxime contumacia, recepti fuerint, vos attestaciones hujusmodi decernatis irritas, & inanes, ap. ces. compellentes per cent. eccles. prædictam nobilem, ut revertatur ad virum suum, quem inconsulte dimisit, mandatum Apostolicum, sublato quovis que transactionis & appellationis obstaculo impleturi, ita quod postquam ipse vir plenariam restitutionem habuerit contra uxorem quam terræ, causam super matrimonio audieris, eamque sine canonico terminetis.

NOTÆ.

**a** De Curia Dei.) Ita restituenda est inscriptio hujus textus ex tercia collectione, sub hoc tit. c. 4. Monasterium autem de Curia Dei est Ordinis Cisterc. in diocesi Aurelianensi situm, cujus fundationem referunt Chronic. cenobiorum Cisterciensium: his verbis: Anno 1118. pridie Kal. Maji fundatur Abbatia de Curia Dei; Henricus in monolog. die 18. Septemb. hac habet: Curia Dei Aurelianensis dioc. Cistercii filia, fundata anno Domini 1118. deserviensis Kalen. Maji. Claudius Robertus in sua Gallia Christ. illic: Curia Dei Ordini Cisterciens. diocesis Aurelianensis, conditur anno 1118. pridie Kalend. Maji. Ex eisdem refert Manriquez tom. 1. annal. Cisterc. cap. 1. n. 5. & Fratres Sammart. tom. 4.

**b** Eleemosyna.) Monasterium hoc est Ordinis Cisterciensis, in diocesi Carnotensi constructum, de quo ita habetur in Chron. Cisterciensi: Anno 1121. quarto Kal. Julii fundata est Abbatia de Eleemosyna. Idem refert Manriquez d. anno 1121. cap. 5. mem. 5.

**c** Vicecomes.) In Anglia jam olim Vicecomes erant, qui vulgo Magistraliter, seu Justitii dicebantur. Joannes Saresbar. l. 3. Polyr. c. 16. ubi: Nom de Vicecomitibus, & Justitiis, que ut vulgari nostro utar, Reza dicuntur, nihil tale audierit. Mattheus Paris. anno 1175. Et Vicecomitis agens vice laicali se fore immiscuit. Vellmonasteriens in chron. anno 1260. Emanuit a Cancellaria brevis Domini Regis ad omnes Vicecomites, in quorum Ballivis solebant viatoribus immiscere pericula. Alia de illis dedit in cap. 5. ne clerici.

d Et

**d** Et infra.) Hujus epistolæ integra caremus, nec inter editas a Sirleto, & Bosquetio reperitur: casus autem ita contigit: Lis vertebatur inter Vilhelmum Vicecomitem Cenaci, & ejus uxorem, que ab eo tenere dicebatur, & confugerat ad Comitum Britannia, prædicti Vicecomitis inimicum capitalem: mulier nullatam matrimonium intendebat ex causa consanguinitatis; Vicecomes restitutionem uxoris sine fieri debere opponebat. Hæus causæ cognitio delegata fuit Episcopo, & Archidiacono Corisopitensis Ecclesiæ, & Petro Burten. quos Vicecomes recubavit; Episcopus tanquam consanguineum prædicti Comitum Britannia, sui inimici; Archidiaconum, ut familiarem, & domesticum ipsius Comitum; Petrum vero tanquam vasillum uxoris suæ; & tandem affirmabat, sibi non esse tutum, & facilem accessum ad prædictos iudices, cum eorum domicilium esset in ditione prædicti Comitum: nihilominus Iudices in causa processerunt, testes receperunt. Conquestus fuit Vicecomes coram Innoc. III. qui cum prædictas reculationis causas iustus esse agnosceret, causam alius iudicis delegavit sub forma in hoc textu præscripta.

**e** Corisopiten.) Ecclesiæ hæc est in Britannia, in qua S. Martinum Turonensem primum Episcopum ordinavit S. Laurentinum; referunt Britannici Scriptores, & ex eis traditis Carolus a S. Paulo in geograph. sacra, pag. 171.

**f** Comitum Britannia.) Habuit enim olim Britannia minor non solum Reges, c. quippe, juncta inscriptione, 3. q. 6. quos refert Richardus Smiches in florib. Angliæ, in privic. verum & Comites, Greg. Turon. l. 4. c. 4. notavit Cuiacius in presenti.

**g** Commensalis.) Quæ est iusta reculationis causa, §. 3. in privic. ff. de testibus. Olualdus ad Donellum, l. 7. c. 24. litt. F.

**h** Potestate ipsius.) Unde satis notæ erant reculationis cause, juxta adducta in cap. 1. de offic. iudicis, cap. super eo, de offic. deleg.

**i** In terra inimicorum.) Quare habebat exceptionem loci non tuti, de qua in e. parte, de appell. c. status, §. cum vicium, ubi Glossa verbo Cum audieris, de referri. in 6. c. venerabilibus, de sentent. excom. Nec interest, quod per procuratorem comparere possit; nam ex quo locus tutus non est reco citato, ipsi competit exceptio, imo & ab ipsa citatione appellare potest, c. querelam, de procur. resoluti Valtelus l. 2. de iudicis, cap. 7. n. 259.

**k** Tam uxoris.) Quia cum maritus peteret restitutionem uxoris, prius discutitur iudicium possessionum, quam admittatur iudicium proprietatis super consanguinitate, ut contingit in e. causam, de offic. deleg. ex conquestione, c. litteras, de testib. post. secus vero si petitorum tantum intendatur, cap. de ordin. cognit. ubi dicemus.

10  
Conclusio  
traditor  
& proba-  
tur.

C A P U T V.

Idem.

**Q**uoniam frequenter in dubium revocatur a multis, an lite non contestata testes recipi valeant, auctoritate prætorum duximus declarandum, regulariter verum esse, quod lite non contestata non est ad receptionem testimonium procedendum, nisi forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna: in quibus casibus, cum civitatem est agendum, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur; fenes, & valetudinariis, & alii testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timeatur, etiam lite non contestata sunt proculdubio admittendi, sive pars inventa sit contumax, sive sit absens absque malitia, ut conveniri non possit: sed si actor non convenit adversarium infra annum, ex quo convenire poterit, vel saltem receptionem hujusmodi testimonium non denuntiaverit illi, attestaciones receptæ non valeant, ne forte hoc procurer in fraudem, ut processu temporis exceptiones legitime ad repellendum testes, vel alia locum habere non possint.

**§** Porro speciales cause possunt occurrere, in quibus casualiter est aliud observandum, verbi gr. si super alicujus electione, vel copula maritali queritur moveretur; tunc etenim ne propter longam materiam in spiritualibus, vel temporalibus patitur Ecclesiæ lesione, vel viro, seu mulieri fornicationis occasio præbatur, maxime cum propinquitatis gradus opponitur b lege divina prohibitis, in hujusmodi casibus testes sunt merito admittendi, si videlicet contumax apparuerit is, in quem fuerit accusato dirigenda, sive quia peremptoria citatione recepta venire contemnit, sive quia malitiose seipsum occultat, sive quod impedit, ne possit ad eum citatio pervenire. Si vero aliter absens fuerit, & agatur de spirituali conjugio inter Prælatum, & Ecclesiam jam con racto, electione maxime confirmata illud in hoc articulo volumus observari, quod super expectatione talium personarum in sacris est Canonibus definitum. Quod si forsan agatur de spirituali conjugio contrahendo, is qui est in Prælatum electus, per spatium sex mensium expectetur, nisi penlatis negotii circumstantiis, per superioris prudentiam magis, vel minus fuerit expectandum. Si autem, de carnali conjugio sit agendum, tamdiu alter conjugum expectetur, donec de ipsius obitu verisimiliter e præsumatur; quia cum sine culpa sit absens, ut si captivitate, vel aegritudine, aut alio iusto impedimento forsitan teneatur, aut etiam propria, sed non malitiosa voluntate in remotis partibus moram faciat, ut de facili, vel in brevi citari non possit, et quidem præjudicari non debet, cum habeat forsan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam, eo nequaquam obstante, quod de lapsu carnis possit opponi: quoniam in conjugio multi casus occurrunt, in quibus conjuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur. Sunt alii casus similiter speciales, quos alibi nos meminimus distinctisse, in quibus absque litis contestatione legitime possunt testes producti, ut quando excessum inquisitio, vel testimonium publicatio imminet faciendâ.

**§** In aliis vero casibus prudenter est attendendum, utrum contumax accusatione reali, vel personali conveniatur: Si reali, mitentur esse utique actor in rei petite possessionem, ut tadio affectus, reus veniat responsum. Quod si venerit infra annum iudicio filii, præstita cautione, ac exhibita satisfactione congrua expensarum, possessionem recuperet. Quod si cautionem offerre neglexerit infra annum, actor post annum verus constituatur possessor, super proprietate dumtaxat adversæ parti defensione legitima reservata. Quod si super rebus immobilibus quisquam conveniatur, qui eas nomine possidet alieno, debet statim in iudicio dominum nominare, certo dierum spatio a iudice finiendi, eoque ad ejus notitiam perduendo: vel ipse veniens, vel idoneum dirigens responsum, actoris intentionem expectat. Si vero post tempus indultum, quod dispositum est, noluerit adimplere, tamquam lite, que ingruitur ex eo die, quo possessor ad iudicium vocatus est, ad interrompendam præscriptionem longi temporis, contestata, dominum possessionis iudex edictis legitimis evocabit; & tunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summam examinans, in possessionem ipsarum rerum actorem mittere non tardabit, omni allegatione absentis super principali questione servata. Si autem super personali actione conveniatur, vel mittendus est actor in possessionem mobilium bonorum ipsius, vel immobilium, si forte mobilia non habeat pro modo debiti declarati, vel in contumacem est ecclesiastica sententia profertenda, ita videlicet, quod alterutra poena, que magis timeri debeat, iudex a principio sit contentus; ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit protervitas contumacis, qui veniens intra annum, vel post annum, etiam audietur, juxta distinctionem superius annotatam.

NOTÆ.

**a** Idem.) Cum inter juris civilis Glossographos diffidiam esse, an testes recipi possint adversus contumacem, asserentibus Ugolino, & Martino; & negante Azone, ut refert Socinus in c. 1. de liti contest. Innoc. III. juris utriusque peritissimum presentem edidit constitutionem. Unde a nullo consultus, sed ut dictam controversiam sospitet, ita statuit, nemini recedens.

**b** Lege divina.) Inter patrem, & filiam videlicet, ut probabimus in cap. litteras, de testib. post.

**c** Præsumatur.) Quæ præsumptio quando deur, dicemus in e. in presentia, de probationibus.

COMMENTARIUM.

**E**x his tribus decisionibus, & presenti rubro talis deducitur disputanda assertio: Lite non contestata super re, Conclusio traditor & probatur. que in controversia venit, non sunt testes recipiendi, nec sententia proferri valet. Probant textus in cap. dudum 54. vers. paribus, de elec. cap. cum causam 62. de appellat. cap. exhibita 19. de iudic. cap. in nostra 4. vers. Sed idem, de procurat. cap. cum Joannes 22. de R. J. cap. 4. de confirmat. utili, cap. cum dilecti, de purgat. can. lege prosperandum 13. vers. Post litem, C. de iudic. leg. consentaneum 8. §. final. Cod. quomodo & quando, auth. sed & si quis, Codic. de testibus, lege 2. titul. 16. lege final. titul. 10. partit. 3. Illustrant ultra congestos in præsentia a Barb. in collect. & select. Melchiore Kling. Garanna, & Fermoio, Corvina, lib. 3. Aphorism. juris Pont. tit. 13. F 2 VI.

